

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5121

Auteur(s) : Alexandre III [pape]

Bénéficiaire(s) : Guillaume, Coutances, Saint-Lô (abbé)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : 1177, 17 avril

Lieu d'émission : Ferrare

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Le pape Alexandre [III] confirme les biens et les droits du prieuré Saint-Lô.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 167, p. 260-263.

Indications

Jaffé Philippe, Wattenbach Wilhelm, *Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII* 2e éd., Leipzig, Veit, 1885-1888, 2 vol., n° 12801, t. 2, p. 304.

Texte établi d'après a

Alexander episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Willelmo abbatи et canonicis ecclesie sancti Laudi tam presentibus quam futuris regularem uitam professis in perpetuum. Cura nos admonet etc. Eapropter etc. In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum Deum et beati Augustini regulam in ecclesia uestra noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascumque possessiones etc. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis : locum ipsum, in quo ecclesia uestra sita est, liberum et quietum ab iniusta consuetudine cum antiquis prebendis, cum omnibus decimis, cum hominibus et mansuris et terris in castello et in uilla, cum molendinis et rebus omnibus ad uestram ecclesiam pertinentibus, ecclesiam sancte Marie de Castello cum omnibus decimis et elemosinis eiusdem parrochie quietam et liberam ab iniusta consuetudine, ecclesiam sancti Thome martiris similiter liberam et quietam ab iniustis consuetudinibus, que facta est de duobus parrochiis, sancti Laudi uidelicet et sancte Marie, salua sepultura cimiterii sancti Laudi, ecclesiam sancti Georgii de Montcoq cum omnibus decimis et terram ad eandem pertinentem et cum decima molendini Rainaldi de Mesereis, ecclesiam sancti Audoeni cum omnibus decimis et elemosinis et terris ad eandem pertinentibus et cum decima molendini Iordani, ecclesiam de Mesnilleio Rocelini cum omnibus decimis et elemosinis et terris ad eandem pertinentibus et cum decima molendini eiusdem uille, in ecclesia sancti Egidii decem libras Andegauenses annuatim, medietatem ecclesie sancti Ebremundi cum omnibus decimis et elemosinis et terris ad eandem pertinentibus, ecclesiam sancte Marie de Bahais cum omnibus decimis et terris et elemosinis ad eandem pertinentibus, ecclesiam de Mesnil Urrici cum omnibus decimis et elemosinis et terris et uirgultis ad eandem pertinentibus, ecclesiam Escheldreuille cum omnibus oblationibus et decimationis eiusdem uille tertia parte et cum terra ad eandem pertinente, ecclesiam de

Contreris cum omnibus decimis et terra elemosine et cum decima molendinorum, ecclesiam de Campo Repulso cum omnibus decimis, exceptis duobus manipulis de terra Gisliberti de Praeris, et cum terra elemosine et decimam molendini, locum sancte Trinitatis de Rotula cum ecclesia sancti Sulpitii de Uado Herberti, cum decimis et elemosinis et terris ad eundem locum pertinentibus, in Curceio decimam illam, quam tenuit Basilia uxor Ricardi de Suilleio, in ecclesia sancti Ermelandi illam partem, que erat de feodo Iohannis de Campelleio, locum sancte Crucis de Wasto, ecclesiam de Mestreio cum omnibus decimis et elemosinis et terris ad eandem pertinentibus et cum decima molendinorum, ecclesiam de Prato Corbini cum omnibus decimis et elemosinis et terris ad eandem pertinentibus et cum decima molendini, capellam de Mesnil Corbet cum omnibus decimis et elemosinis et terris et decima molendini, terram quoque de Martinuilla cum hominibus ibidem manentibus, medietatem molendini de Martinuilla, decimam totius decimationis episcopi Constanciensis in Pupeuilla, in Ualonis, in Iuetot, in Hubertiulla, in Escheldreuilla, plateam inter ecclesiam sancte Marie de Castello et uestram, quantum presbiterium ipsius ecclesie pretenditur, molendinum Tanereis cum prato, que fuerunt Roberti nepotis, decimam partis Rogerii de Mombrey, quam habuit in molendinis sancti Laudi, decem acras terre de elemosina Helti de Melfa, unam salinam et quatuordecim acras terre in Crieritiis de dono Radulphi de Haya, boscum de Sollerrio, decimam molendinorum Hugonis de Berneze, praeterea omnes domos, quas habetis de dono episcoporum Constanciensium liberas et quietas ab iniusta consuetudine et seruitio temporali. In parochialibus autem ecclesiis, quas tenetis, liceat uobis clericos eligere et episcopo presentare, quibus, si idonei fuerint, episcopus animarum curam committat, ut ei de spiritualibus, uobis uero de temporalibus debeant respondere. Sepulturam quoque etc. Obeunte uero etc. Decernimus ergo etc., salua sedis apostolice auctoritate et diocesanorum episcoporum canonica iustitia. Si qua igitur etc. Cunctis autem etc. Amen. Amen. Amen.

R. Ego Alexander catholice ecclesie episcopus. BV.

Ego Hubaldus Hostiensis episcopus.

Ego Gualterus Albanensis episcopus.

Ego Chunradus Moguntinus archiepiscopus et Sabinensis episcopus.

Ego Guillelmus Portuensis et sancte Rufine episcopus.

Ego Manfredus Prenestinus episcopus.

Ego Ildebrandus basilice XII apostolorum presb. card.

Ego Iohannes presb. card. tit. sancte Anastasie.

Ego Boso presb. card. sancte Pudentiane tit. Pastoris.

Ego Theodinus presb. card. sancti Uitalis tit. Uestine.

Ego Petrus presb. card. tit. sancte Susanne.

Ego Iacintus diac. card. sancte Marie in Cosmidin.

Ego Arditio diac. card. sancti Theodori.

Ego Cinthius diac. card. sancti Adriani.

Ego Hugo diac. card. sancti Eustachii iuxta templum Agrippe.

Ego Hugo Petri Leonis sancti Angeli diac. card.

Ego Laborans diac. card. sancte Marie in porticu.

Ego Rainerius diac. card. sancti Georgii ad uelum aureum.

Dat. Ferrarie per manum Gratiani sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii XV^o kal. mad., indictione decima, incarnationis dominice anno M^oC^oLXX^oVII^o, pontificatus uero domni Alexandri pape III anno XVIII.